

CAPUT IV.

1. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei.

2. Hæc jam queritur inter dispensatores, ut fideles quis inveniatur.

3. Mihi autem pro minimo est ut à vobis iudicet, aut ab humano die; sed neque meipsum iudico.

4. Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum; qui autem iudicet me, Dominus est.

5. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique à Deo.

6. Hæc autem, fratres, transfiguravi in me et Apollolo, propter vos; ut in nobis discatis, ne supra quam scriptum est, unus adversus alteram inflectur proelio.

7. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti?

8. Jam saturati estis, jam divites facti estis, sine nobis regnatis; et utinam regnetis, ut et nos vobiscum regnemus!

9. Puto enim quod Deus nos apostolos novissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus.

10. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo; nos infirmi, vos autem fortes; vos nobiles, nos autem ignobiles.

11. Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cedimur, et instabiles sumus.

12. Et laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, et benedicimus; persecutionem patimur, et sustinemus:

13. Blasphematur, et obsecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium perisema usque adhuc.

14. Non ut confundam vos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo.

15. Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres: nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

16. Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut et ego Christi.

17. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, et fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Jesu, sicut ubique in omni Ecclesia doceo.

18. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.

19. Veniam autem ad vos citò, si Dominus voluerit; et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem.

20. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.

21. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, et spiritu mansuetudinis?

CHAPITRE IV.

1. Que les hommes nous regardent comme les ministres de Jésus-Christ et les dispensateurs des mystères de Dieu.

2. Or, ce qui est à désirer dans les dispensateurs, est qu'ils soient trouvés fideles;

3. Pour moi, je me mets fort peu en peine d'être jugé par vous, ou par quelque homme que ce soit; je n'ose pas me juger moi-même.

4. Car encore que ma conscience ne me reproche rien, je ne suis pas justifié pour cela. Mais c'est le Seigneur qui est mon juge.

5. C'est pourquoi ne jugez point avant le temps, jusqu'à ce que le Seigneur vienne, qui exposera à la lumière ce qui est caché dans les ténèbres; et qui fera voir les plus secrètes pensées des cœurs; et alors chacun recevra de Dieu la louange qui lui est due.

6. Au reste, mes frères, j'ai proposé ces choses en moi, personne et en celle d'Apollolo, à cause de vous; afin que vous appreniez, par notre exemple à n'avoir pas de vous d'autres sentiments que ceux que je viens de marquer, prenant garde à ne pas vous enfler d'orgueil les uns contre les autres par autrui.

7. Car qui est-ce qui met de la différence entre vous? Qu'avez-vous que vous n'avez reçu? Mais si vous l'avez reçu, pourquoi vous en glorifiez-vous, comme si vous ne l'avez point reçu?

8. Vous êtes déjà rassasiés; vous êtes déjà riches; vous régniez sans nous, et plût à Dieu que vous régnaissiez, afin que nous régnaissions aussi avec vous;

9. Car il semble que Dieu nous traite, nous autres apôtres, comme les derniers des hommes, comme ceux qui sont condamnés à la mort, nous faisant servir de spectacle au monde, aux anges et aux hommes.

10. Nous sommes fous pour l'amour de Jésus-Christ; mais vous autres vous êtes sages en Jésus-Christ: nous sommes faibles et vous êtes forts; vous êtes honorés, et nous sommes méprisés.

11. Jusqu'à cette heure nous endurons la faim et la soif, la nudité et les mauvais traitements; nous n'avons point de demeure stable;

12. Nous travaillons avec beaucoup de peine de nos propres mains; on nous maudit, et nous bénissons; on nous persécute, et nous le souffrons;

13. On nous dit des injures, et nous répondons par des prières: nous sommes jusqu'à présent regardés comme les ordures du monde, comme les balayures qui sont rejetées de tous.

14. Je ne vous écris pas ceci pour vous donner de la confusion; mais je vous avertis de votre devoir, comme mes très-chers enfants.

15. Car quand vous auriez dix mille pasteurs en Jésus-Christ, vous n'avez pas néanmoins plusieurs pasteurs, puisque c'est moi qui vous ai engendrés en Jésus-Christ par l'Évangile.

16. Soyez donc mes imitateurs, je vous en conjure, comme je le suis moi-même de Jésus-Christ.

17. C'est pour cette raison que je vous ai envoyé Timothée, qui est mon fils très-cher et fidèle en notre Seigneur, afin qu'il vous fasse ressouvenir de la manière dont je vis moi-même en Jésus-Christ, et dont j'enseigne partout dans toutes les Églises.

18. Il y en a parmi vous qui s'enflent de présomption, comme si je ne devais plus aller vous voir.

19. J'irai vous voir néanmoins dans peu de temps, s'il plait au Seigneur; et alors je reconnaitrai, non quelles sont les paroles de ceux qui sont enflés de vanité, mais quelle est leur vertu.

20. Car le royaume de Dieu ne consiste pas dans les paroles, mais dans la vertu.

21. Que voulez-vous que je fasse? Aimez-vous mieux que j'aile vous voir la verge à la main, ou avec charité et dans un esprit de douceur?

ANALYSIS.

Pergit Apostolus in evellendo radicibus Corinthiorum schismate; et quia tum ex doctorum, tum ex discipulorum culpâ fuerat exortum;

Hinc in hæc conclusionem, in qua rem tandem conficit, modo hos, modo illos, modo utrosque simul alloquitur, arguit et docet.

In v. 1 magistros docet et discipulos: magistros, quid sint, ministri scilicet, non domini; specialius tamen docet discipulos quomodo debeant suos honorare doctores, scilicet ut Christi ministros.

In v. 2 magistros monet officii sui, Domino suo sint fideles.

In v. 3 et 4 eodem exemplo suo docet hominum iudicia spernere, non laudem ab eis querere.

In v. 5 discipulos docet de suis magistris non iudicare, sed eorum iudicium Domino relinquere.

In v. 6 utrosque alloquitur, et monet quid et cur eos,

PARAPHRASIS.

1. Unusquisque nos apostolos et Evangelii predicatorum existimet, quales revera sumus, nimirum Christi ministros et dispensatores mysteriorum Dei.

2. Ceterum id precipue requiritur in dispensatoribus, ut quis inveniatur fidelis.

3. Quod ad me, parum meâ refert quid vos aut quis alius hominum de me iudicetis; quid enim aliorum iudicia eorum, ne quidem ego memelipsum iudico.

4. Nullius equidem rei mihi conscius sum, sed non ideo apud Deum justificatus sum; qui verò de me certo iudicat, Dominus est.

5. Nolite igitur, ô Corinthii, de vestris magistris iudicare; sed expectate diem illum quo veniat Christus Dominus, omnium iudex; occultas ipse tunc hominum actiones proferet in lucem, et omnibus manifestas faciet latentes in corde voluntates, sicque tunc patebit quid laudis quisque mereatur apud Deum.

6. Hæc quæ hactenus dixi vobis, fratres, proposui in meâ et in Apollolo personâ; nec ullum doctorum vestrorum nominavi, ne quemquam offenderem; et hæc propter vos, ut in nostro duorum exemplo discatis, sicut scripsi, doctores vestros Christi omnes ministros esse, sicque nullus vestrum amplius inflectat adversus alium pro suo magistro.

7. Quis enim te, ô doctor, discernit ab aliis? quid habes quod à Deo non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti?

8. Jandudum saturati estis et ditati; independentem à nobis regnatis; et utinam regnum adepti sitis, ut et nos vobiscum regnemus!

9. Tantam ahest enim ut nos regnemus, quin imo arbitror quod Deus nos apostolos in infimo loco constituerit, tanquam homines ad mortem damnatos; quippe qui (quasi in teatro collocati) spectamur undique à mundo, id est, ab angelis et hominibus.

10. Nos propter Evangelium Christi irridemur ut stulti; vos verò in Ecclesia, sapientium nomine gloriamini; nos sumus imbecilles, vos autem potentes; vos clari, nos obscuro.

sub suo et Apollolo nomine, docuerit; et quia multo magis peccatè doctores quam discipuli, hinc, relicti ad tempus discipulis,

ÿ 1. Doctores vanos, et de Dei donis inaniter gloriosos redarguit. Eosdem presumptores postquam, v. 8, gravi suggerit ironiâ, suo et aliorum apostolorum exemplo, vitam apostolicam à quâ longè disabant, scribo docet, v. 9, 10, 11, 12, 13.

ÿ 14. Redit ad discipulos, et pudentes ob suam in talibus magistris gloriantem; solatur, dicens quod non exprobrans, sed diligens hæc dixerit.

ÿ 15. Sum in eos paternum testatur affectum, eosque ad sui imitationem hortatur, v. 16 et 17; v. 18. Suam promittit ad eos adventum.

In sequentibus minatur se suis magistris non iudicare, sed eorum iudicium Domino relinquere.

PARAPHRASIS.

11. A predicationis initio ad hanc usque horam omnia patimur incommoda vite, et esuriam, et sitim, et nuditatem, et opprobria, nec certam habemus sedem, undique à malevolis proligrati.

(Supple hæc dicta v. 9: Vos autem saturati estis, ditati, regnum adepti.)

12. Manuum nostrarum labore victum nobis comparamus; maledicimur, nos autem bene precamur; persecutionem patimur, et patienti sustinemus animo.

13. Conviciis afflicimur, et nos Deum pro ipsis obsecramus; usque nunc facti sumus quasi sordes huius mundi, omnium rejectamenta (adeo obiecti sumus, quasi hominum vilissimi et abjectissimi).

14. Hæc scribo (apostolicam vitam cum doctorum vestrorum vitâ conferens), non ut vos pudefaciam; sed ut vos, tanquam charissimos filios meos, moneam, sicque emendemini.

15. Si enim decem millia pedagogorum habeatis; sed non multos patres habeatis: siquidem ego solus vos per Evangelium in Christo Jesu genui.

16. Hinc rogo vos, ut me (vestrum in Christo patrem) imitemini, sicut et ego Christum imitor.

17. Hæc de causâ misi ad vos Timotheum, qui est filius meus dilectus et fidelis in Domino; ipse vobis in memoriam reducet quomodo vivam iuxta præcepta Jesu Christi, et quomodo vivendum esse doceam ubique in omnibus Ecclesiis.

18. Ideo quidam ex vobis ita superbe se gesserunt, quia crederent quod non sim venturus ad vos.

19. Sed si Domino plauerit, citò veniam ad vos, et explorabo, non sermonem eorum qui superbiunt, sed opera. (Non quam disertè loquantur, sed quam potenter operentur.)

20. Etenim regnum Dei in faciendâ non consistit; sed in virtute operibus exhibitâ.

21. Quid à duobus eligitis? an ut veniam ad vos eunt virgâ severa correptionis; an in spiritu claritatis et mansuetudinis?

VERS. 1. — SIC NOS EXISTIMET HOMO UT MINISTROS CHRISTI... Hæc pars connectenda cum precedenti c. 5, v. 21. Pergit enim Apostolus in conclusione ibi cepta: *nemo itaque gloriatur in hominibus...*, sed quicumque nos honorare voluerit, honoret ut ministros Christi. In priori parte veritus honorem indebitum, ne quis gloriatur in hominibus: hic verò docet modum, quo doctores salutis sint honorandi, scilicet ut ministri Salvatoris.

SIC NOS EXISTIMET HOMO, id est, quilibet. Hebraismus est, ut ministros et legatos à Christo missos, et dispensatores; Græc. *oeconomos*.

MYSTERIORUM. Syr., *arcanorum Dei*, id est, mysticæ et divine doctrinæ, simul et Sacramentorum et omnium celestium bonorum, à Deo per Christum Ecclesie concessorum: agitur enim in hæc Epistola et de doctoribus et de baptistis. Ecclesia est familia Dei; apostoli, episcopi, etc., sunt ejusdem familie oeconomi, dispensatores, thesaurorum ararii. His verbis edocentur simul doctores et discipuli; quasi diceret: Doctores, prelati, memento vos tantum ministros esse, non dominos: ne ergo quæ Domini sunt, arrogate vobis; ne sinatis à vobis discipulos cognominari, et in vobis et de vobis gloriari. Servi, ministri, oeconomi estis, et de vestrà oeconomia rationem reddituri: ergo vos ipsi humillimam sub potentia manu Dei, et timete. Fideles, christiani, scilicet vestros doctores et prelatos esse ministros tantum: ne ergo nimium extollatis eos: et scilicet Christi Salvatoris ministros esse; ne ergo contemptis unquam, quin imò illos honorate et reveremini: quia ministri Salvatoris; et quia celestium bonorum dispensatores, à quibus pendet salus, et spiritalis abundantia vestra.

VERS. 2. — HIC IAM QUÆRITUR INTER DISPENSATORIBUS... Græc.: *ὁ δὲ λέγει, ceterum, de cetero*, id præcipue in dispensatoribus requiritur, ut quis inveniat fidelis. Syr.: *Hic jam requiritur*, etc. Laus præcipua dispensatoris est fidelitas. Hæc fidelitas Corinthiorum doctoribus deerat: ipsi enim non Domini gloriam, sed suam apud homines quærebant; et de Dei bonis, quasi de suis gloriabantur. Illos ergo monet officii sui, sed modeste et indirecte, et eorum tacito semper nomine, ut in totâ hæc Epistola, de quo reddetur ratio, v. 6. Hic interim nota, quod, quia schisma hoc Corinthiorum, partim ex doctorum, partim ex discipulorum

VERS. 1. — Sic nos existimet homo ut ministros Christi, etc., mysticæ, arcanae et divine doctrinæ, atque Sacramentorum Christi.

VERS. 2. — Ut fidelis quis inveniat. Nimirum utiliter agens Domini sui negotium: rem Domini tractans, non ut suam, sed sue fidei commissam: nec suam, sed Domini sui gloriam ex suâ administratione quærens.

VERS. 3. — Mibi autem pro minimo est ut à vobis judicet, aut ab humano die, id est, ab humano iudicio, quomodo dies Domini pro iudicio Dei frequenter accipitur, ut sit sensus: Atque omnino non moror hominum de me iudicia. Nam qui iudicat me, Dominus est. Sermo plane similis apud Jeremiam, cap. 17, sic loquentem Deo: *Laus mea tu es, et diem hominis non desideravi*, id est, in iudicio tuo inveniar laudatus.

culpâ erat exortum: doctores enim inanis gloriæ cupidi, et discipulos ad se attrahere volentes, studebant eis eloquentiâ, et seculari sapientiâ placere: discipuli verò nimia lujus eloquentiâ, et secularis sapientiæ opinione ducti, de magistrorum merito ex eloquentiâ iudicabant; unum alteri præferabant; hinc sese ad dicebant, et de eo gloriabantur. Hinc Apostolus in hæc conclusione, ubi totam hanc de schismate rem conficit, modò magistròs, modò discipulos, modò utrosque simul alloquitur, arguit, et docet. In primo versu, discipulos et magistròs quasi promiscuè docuit, specialius tamen discipulos; in hoc secundo versu, magistròs principaliter officii sui monet; student Domino fideles esse, Dei gloriam quærere, non suam; animarum salutem quærere, non sui lucra: Christianos sibi subditos ad Deum adducere, non sibi addicere; Dei thesauros, quibus, quomodo, et quantum opus est, distribuere; non prodigere, et temerè indignis erogare.

VERS. 5. — MIHI AUTEM PRO MINIMO EST... Græc.: In minimum est. Syr., *mibi verò minima res est à vobis iudicari*. Corinthiis de suis doctoribus dijudicabant; viros sanctos et pios, propter simplicitatem irridebant; malos et vitios plenos, propter eloquentiam magni existimabant, ait D. Chrysostomus. Hæc iudicia in discipulis coeret Apostolus, et exemplo suo docet à doctoribus sperni debere: Mibi minima res est, partim meâ referat quid vos de me iudicetis, qualis aut quantus à vobis iudicet.

AUT AB HUMANO DIE. Syr., *aut à quovis homine*. Alludit Apostolus ad Jerem. 17, v. 16: *Laus mea tu es, et diem hominis non desideravi*; id est, laudem et approbationem humanam: quia dies pro prosperitate, nos pro adversitate sumitur. Hinc, inquit GAGNEUS, dies humanus dicitur, approbatio, favor et commendatio hominum. Dies hominis, iudicium est hominis, Ambrosius; sive quia dies Domini in Scripturis frequenter est iudicium Dei; sive quia reus dicitur dies, cum citantur ut se iudicio sistant; quæ iudicium lumen est sicut et dies.

SED NEQUE ME IPSUM IUDICO... Quasi diceret: Quia aliorum iudicia curem, ne quidem ego memetipsum certo possum iudicare, quia sæpè nescio quo fine, quo motivo, quâ conscientia agam.

VERS. 4. — NIHIL ENIM MIHI CONSCIOUS SEM... Quibus: hominum iudicia quibus me laudent, non ambio. Felix qui dicere potuit: *Diem hominis non desideravi*, ita ut lujus rei testem habeat Deum! Hæc summa perfectio est, quâ omnia ut sterora reputamus, ut Christum iustificamus. Anselmus hoc: *Iusti, inquit, non humana iudicia, sed æterni iudicis exoritur aspectum, atque ideo derogantur verba cum Paulo despicunt*. Hoc est ergo quod quidam sanctorum dixit: *Sic neque me ipsum iudico*, Græc., *dijudico*, q. d.: Non possum certo dijudicare mea opera, intentionem, conscientiam.

VERS. 4. — Nihil enim mihi consciousum, sed non in hoc iustificatus sum, q. d.: Non iudico me. Nam licet nullus infidelitatis in munere apostolico mihi conscius sim, non ideo tamen revera iustus sum,

quàm enim non mihi veniat in mentem, me in meo ministerio infidelem fuisse; non ideo tamen apud Deum ab omni culpâ sum liber. *Deficta quis intelligit?* Psalm. 18. *In angelis reperit pravitatem*, Job. 4, 18. Quot ergo nevos Deus in me videt, quos ego non video? Majorem offensarum partem ne intelligimus quidem, ait D. Basilus in Constitut. monach., c. 4.

QUI AUTEM JUDICAT ME... Qui verò de me, et omnibus aliis certum et exactam potest ferre iudicium. DOMINUS EST; ipse enim actus, non tantum externos videt, sed et omnes affectus internos: illi ergo relinquendum est omne iudicium.

VERS. 5. — ITAQUE NOLITE ANTE TEMPUS, scilicet iudicii, iudicare, id est, de magistris vestris:

QUODUSQUE VENIAT DOMINUS; id est, sed expectate diem illum, quo veniat Christus Dominus, omnium Iudex.

QUI ET ILLUMINABIT ABSCONDITA TENEBRARUM, id est, tenebris; occultas scilicet hominum actiones, seu bonas, seu malas, proferet in lucem.

ET MANIFESTABIT CONSILIA CORDUM, id est, latentes in corde voluntates; seu tunc manifestum faciet omnibus, quo consilio, quo fine, et quâ intentione quisque sua fecerit opera.

TUNC LAUS ERIT UNICUIQUE, justo scilicet; seu tunc parebit omnibus, quid laudis quisque mereatur à Deo, seu quis sit laude dignus, aut alio dignior. Quot in tenebris nunc latent actiones, sive bonæ, sive malæ? Quot in cordibus latent voluntates et consilia? Dies Domini, dies lucis, has omnes dissipabit tenebras; perspicua reddet omnium corda, conscientiasque apertas manifestabit omnibus. Tunc laus erit vera, quia à Deo; solida, quia æterna. Interim vanam, et citò diffluentem hominum laudem sperne; conscientie dictamen sequere; Dei voluntatem in omnibus adimple.

VERS. 6. — HÆC AUTEM, FRATRES, TRANSFIGURAVI... Mirâ prudentiâ, et charitate D. Paulus sub suo et Apollo nomine, Corinthiorum doctores correxit et instruxit; quos ne nominavit quidem. Non nominavit, ait D. Thomas, ne videretur ex odio vel invidia contra eos loqui. Potest et dici quòd non nominavit, ut eos sub suo et Apollo nomine modestius corrigeret, et eorum discipulos non offenderet; sique majorem dissensionum occasionem non præberet. Vide etiam, non coram hominibus; horum enim iudicium non curo, ut dixi, sed coram Deo: ipse enim fortè in me peccata videt, quæ ego non video.

QUI AUTEM JUDICAT ME... Dominus est; Christi, inquit, iudicio, qui Dominus est omnium nostrarum, reservandus sum; non à vobis conservis iudicandus: illius iudicium certissimum est, vestrum incertum et fallax.

VERS. 5. — Itaque nolite ante tempus iudicare, quia quomoda non habetur certis rei iudicandæ notitia, nondum est tempus iudicandi.

QUODUSQUE VENIAT DOMINUS: qui et illuminabit abscondita tenebrarum, id est, tenebras, obscuras, et occultas hominum cogitationes et actiones. Ergo vult soli Deo arcana hominis, maxime intentiones, secretas inclinationes, et fundum cordis, qui homini est profunda abyssus, ac consequenter justitiam, certo patere; ita ut nemo alterum, imò nec seipsum iudicare debeat, sive ex fide, sive ex operibus, sive ex

v. 18. At nunc tandem veritatis doctor censeat utrisque aperendum esse, quod unum præsidetur, scilicet propter majorem eorum utilitatem, et modestiorem instructionem. Hæc quæ hactenus dixi, fratres, de magistris, in quibus gloriamini, et ob quos contentiditis.

TRANSFIGURAVI IN MEMETIPSUM ET APOLLO. SYR., *posui super personam meam et Apollo*; seu propositi in meâ et Apollo personâ

TRANSFIGURAVI, *μετεμορφώθησα*. Μετεμορφώθησι proprie significat habitum mutare; per metaphoram transferitur ad orationem, et significat locutionem figuratam, quæ sic unum dicit, ut aliud innuat. Vult ergo dicere Paulus, quòd, ubi in superioribus retulit quòd unusquisque Corinthiorum dicebat, scilicet, ego sum Paulus, ego Apollo; quid igitur est Paulus? quid Apollo? sub suo et Apollo nomine alios etiam intellexerit magistròs, ob quos inter se contendebant Corinthii. Equidem ob Paulum et Apollo quidam contendebant: sed et propter alios multos dissidentibus plurimi. Ostendit, ait divus Chrysostomus, personas alias, quæ erant absconse in Pauli et Apollo appellatione.

PROPTER VOS; quasi diceret, hoc feci, vos memetipsum et Apollo nominavi, non verò doctores vestros, propter vestram utiliorem instructionem.

PROPTER VOS. In Græco refertur ad magistròs et ad discipulos simul; seu omnes fideles Corinthios comprehendit, ut ex sequentibus patet.

UT IN NOBIS DISCATIS... Græc.: *Ut in nobis discatis, non supra quam scriptum est sapere*. Syr., *ut per nos discatis non amplius de vobis sentire quam scriptum est*. Similiter Arab., D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus. Et hæc pars pertinet ad magistròs, estque sensus: Ideò memetipsum et Apollo nominavi, non vos, o magistris, ut in nostrâ personâ discatis modeste de vobis sentire; nec alium de vobis sensum et affectum habere, quam quem de vobis supra scripsi; scilicet vos esse sicut et nos, *Christi ministros*, utilitati fidelium subservientes, c. 3, v. 5, v. 22; et c. 4, vers. 1.

UTES ADVERSUS ALTERUM... Græc.: *Ut ne unus super unum insensit adversus alterum*. Syr., *et ne quis supra proximum suum effatur propter aliquem*. D. Chrys., *Ne unus pro uno infletur adversus alterum;*

gratâ Christi, nisi solus Deus. Potamus enim sæpè nos bene agere, cum male agimus; nos ex gratiâ et Dei amore facere, quod amore nostræ gloriæ vel cupiditatis facimus. Ita Chrysostomus, et Ambrosius, etc.

ET MANIFESTABIT CONSILIA CORDUM, id est, manifestum omnibus faciet, quo consilio, quo fine et intentione, quisque fecerit opera sua, etiam in speciem bonâ. Vel consilia cordum generaliter intelligit latentes cogitationes animorum.

ET TUNC LAUS ERIT UNICUIQUE à DEO. Unicuique bono, et tandem merito tunc erit laus apud Deum, atque ab ipso Deo dicente: *Ergo, serve bone et fidelis*. Matth. 25, quæ sunt utique verba laudantis. Tunc apparet, quis magistrorum fuerit honore dignus, aut alius dignior: de quo nunc contentiditis. Nam illud erit tempus distribuendi à Deo honoris unicuique.

VERS. 6. — Quam scriptum est, quàm scripsi, cap. 1.

et hoc, ait idem D. Chrysostomus, increpat discipulos, estque sensus: Et ut vos, ô discipuli, discatis, non amplius unus, discipulus scilicet, adversus alterum discipulum inflari, superbiere, et insolenter gloriari pro alio, scilicet magistro, quasi sapientiore et eloquentiore; quandoquidem ex supra scriptis videtis, quod nec nos apostoli patimur nostros discipulos pro nobis adversus alios effleri, nec in nobis gloriari. Juxta Vulgatam nostram, hæc verba *propter vos*, videntur ad discipulos potius pertinere; sic tamen ut in eis et per eos corrigat et instruat doctores.

PROPTER VOS, seu propter vestram instructionem, scilicet ut, ubi dixi, cap. 5, v. 4: *Quid igitur est Apollo, quid Paulus? ministri...* et v. 22: *Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo...* in nostro duorum exemplo discatis doctores vestros Christi ministros esse, vestre salutis sub ipso servientes; ideoque nullus sum extollens magistrum, inleitur adversus alium: etenim ut scripsi, cap. 5, v. 8: *Omnes unum sunt, æque sunt ministri Christi*; nullusque hujus vel illius hominis sese discipulum esse gloriatur, sed quod Christi sitis discipuli. *Nemo itaque gloriatur in hominibus, sed in solo deo existimet homo...*

VERS. 7. — *QUIS ENIM TE DISCERNIT?* Equidem, ut dixit v. 2, magistri simul et discipuli simul schismatis causa fuerunt; doctores tamen multo magis rei, quam discipuli: qui enim in Deum humiles, et grati, ob dona ab eo sibi collata debebant esse; vani et inflati de acceptis à Deo, quasi suis, gloriabantur. Qui humilitatis exemplar aliis hominibus esse debebant, discipulorum applausus querentes, eos vanitatem superbi spernens, idem faciendo auctor fuerat plebi; sicque major et præcipua schismatis et contentions causa. Hinc Apostolus hos doctores vanos, et de Dei donis inaniter gloriabundos, alloquens, tacito tamen nomine, ob rationem, v. 6 et 18 datam, ait:

QUIS TE, ô doctor, discernit? Ne fortis excellentiorem? quis te fecit alii præstantiorem, et velut ab illis discernit? Loquitur de discretionem donorum naturalium, sapientie, eloquentie, etc., sed par ratio

VERS. 7. — *QUIS ENIM TE DISCERNIT?* q. d.: Cujus suffragio tibi hæc discernit et præcellentia tribuitur? *QUIS TE DISCERNIT?* id est, segregat aut eximit à ceterorum grege, tanquam iis præstantiorem, ô Corinthios catechumene. Quasi dicat: Nullus, nisi tu qui inflaris. Licet enim à sanctiore, eloquentiore, et doctiore esse baptizatus aut edoctus, non ideo tamen es sanctorum aut doctorum.

Quid autem habes quod non accepisti? Ne fortis superbus doctor interrogatus: *Quis te discernit?* ex adverso respondet: *Ergo me discerno studio, labore, et industria ab aliis, quibus præsto: secundum hæc interrogatio pressis cum urget Apostolus dicens: Quid autem habes quod non accepisti?* scilicet ab alio, nec aliunde quam à Deo. Est autem vera Pauli sententia tam de bonis naturalibus, quam de iis que nature terminos excedunt. Ex hæc sententia docent Patres, hominem nihil boni à seipso habere: sed quicquid habet boni, ut virtutes, bona opera, studium, conatum, cooperationem, consensum, motum ac nutum voluntatis, id totum in Deum auctorem et largitorem esse referendum: adeo ut affirmare non dubitent, hominem de suo non habere nisi mendaciam

de discretionem gratie, seu per gratiam. Quod si dicas, labor et industria mea; insto:

QUID AUTEM HABES, QUOD NON ACCEPISTI? à Deo scilicet? Si autem accepisti ingenium et industriam, quo gloriaris... honor est penes dantem, non penes accipientem: *Quid ergo gloriaris?* Deo, qui omnia tibi dedit quæcumque habes, gratias age, honorem redde. Deus hæc tibi charismata dedit ad suam gloriam, non ad usum: in suos usus, non ad tuos, aut ad tua lucra: quid ergo tu tibi ea arrogas et facis propria, fur glorie et honorum Dei? Hæc doctores vanis dicens, corrigat et discipulos eximia doctorum talenta vanè mirantes, in magistris suis gloriantes, hominibus non Deo, gloriam de suis donis reddentes. Omnes ergo docet Deum omnium honorum auctorem et largitorem laudare; in Deo gloriari, qui omne bonum est, non in hominibus, qui ex se nihil sunt, nihil habent, nihil possunt. Hanc generalem apostoli sententiam, D. Aug. et conc. Arausic. II, can. 6, accipit in particulari de discretionem per gratiam et electionem divinam: negantque contra Pelagianos et Semipelagianos, posse quemquam à massa perditionis et peccatorum se discernere; et salutis sue initium ordiri per se, seu solis nature viribus: sed statuunt ad hoc necessario requiri gratiam Dei excitantem, cooperantem, quæ liberum adjuvat arbitrium.

VERS. 8. — *JAM SATURATI ESTIS...* Eosdem doctores altè de se sentientes et vanè presumescentes, gravi et longa suggillat ironia; eorum tumorem pungit, ut sanet; ulcus aperit, ut curet. Jam dudum, jam, tam cito; ut ostendat ex tempore hoc impossibile esse, ait D. Chrys. Jam ergo ad satietatem usque repleti estis omnibus bonis et in omni munere divino opulenti. Quasi diceret: Nihil vobis exoptandum deest. Ita de se sentiebant.

SINE NOBIS; id est, nostro non indigentes auxilio et independentes à nobis; *REGNATIS,* scilicet inter Corinthios, apud quos dominabantur.

ET UTINAM!... Non invidio, quæ vestro exopto: dummodo verè ad vestram, et ad vestrorum subditorum salutem regnetis.

et peccatum, uti delinquit in concilio Arausiano, can. 22, verbis desumptis ex S. Augustino, tractatu 5 in Joannem.

Si autem accepisti quid gloriaris quasi non accepisti? Qui in Deo gloriatur, hoc ipso se humiliat, Deum agnosces boni sui datorum. Itaque talis non se insolenter effert supra alios, ut faciebant isti contra quos agit Apostolus.

VERS. 8. — *JAM SATURATI ESTIS.* Est autem ironicus sermo, quo doctores illos irridet, non solum gloriantes in seipsis et non in Deo, de bonis que habebant; verum etiam ascribentes sibi bonorum copiam ac præcellentiam quam non habebant. *JAM,* inquit, *saturati estis,* id est, ad satietatem usque repleti sapientia ac cæteris donis. Sic enim de se sentiebant.

JAM DIVITES FACI ESTIS, seu diviti estis, id est, abundantes usque adeo ut etiam in alios dona vestra possitis effundere. Cum quis alios despiciat, vultque haberi singularis: hæc tangit cum ait: *Sine nobis regnatis,* sine nostro auxilio homines Dei bonis excellere et triumphare vos putatis, ô Corinthii, et magis vos, ô magistri, inter discipulos

Ur et nos, per charitatem vestri boni participes effecti, *vobiscum regnemus.*

VERS. 9. — *PUTO ENIM QUOD...* Opponit suam et veterum apostolorum vitam, vanam et molli horum doctorum vitam: ut eos pudefactos, ad vitam apostolicam, à qua longè distabant, alliciat, impellat. Tantum enim abest, ut nos regnemus: quinimo, arbitror, seu videtur, quod Deus nos apostolos, in infimo constituerit loco, tanquam homines ad mortem destinatos.

OSTENDIT: Constituit, ait Syr., fecit ultimos tanquam reos et damnatos, D. Chrysostomus.

NOVISSIMOS ELEGIT velut bestiariorum; ait Tertull., id est, damnatos ad bestias, speciem pro genere. Sors horum hominum erat omnium infima, et regno maximè opposita. Hinc Apostolus, postquam hos doctores in throno collocat, se et alios apostolos, in infimo constituit loco. *REGNATIS:* et nos apostoli, omnium mortalium vilissimi et abjectissimi sumus; quasi ad bestias, aut ignes damnati. Valdè dolentis et eos pudore afficientis verba sunt, hæc, ait D. Chrysostomus: pudorem inducentis verba sunt, ait Theophylactus.

QUA SPECTACULUM... *GRÆC. ὄψεσθε,* pro iis qui spectantur. Dammati, sed ad bestias, seu ad ignes, in theatro collocati, supernè spectabantur ab omnibus; eorum ludibriis expositi. In hæc ergo similitudine pergens Apostolus ait, quippe qui, tanquam in theatro collocati, ab omnibus spectantur et omnium nos spectantium ludibriis exponitur.

MUNDO; id est, angelis et hominibus, qui sunt nostri certaminis spectatores.

VERS. 10. — *NOS STULTI PROPTER CHRISTUM;* id est,

quasi comparato regno, summam dignitatem vobis vendicatis, nobis exclusis.

Et utinam regnetis: Regnum, inquit, vobis non invenimus, sed optamus: modo verè regnatis, id est, Corinthios ad eorum salutem regalis ac dirigatis.

Ut et nos vobiscum regnemus. Sensus: Vos securè et feliciter agitis, in istis apud Corinthios eminentia, tanquam in regno pacato, quieti à laboribus, et longè positi extra pericula: cum nos interim in extremo contemptu, laboribus et periculis assidue versemur. Ac utinam benè et secundum Deum illo regno vestro utamini: ut et nos tandem his malis liberati, ejusdem pacifici regni vobiscum sinus participes.

VERS. 9. — *PUTO ENIM QUOD...* *Deus nos apostolos novissimos elegerit, tanquam morti destinatos,* id est, qui summo novissimis, quos scilicet ultimos ultimis hinc temporibus misit in mundum. *Ostendit,* id est, designavit tanquam homines morti destinatos et ad dictos. Verbi gratia, damnatos ad bestias: unde Tertull. legit, *velut bestiariorum.* Nam bestiariorum Romanis dicebantur, qui cum bestis depugnare damnati erant. Q. d.: Deus designavit et destinavit nos, non regno et triumphis, sed morti et martyrio.

Quia spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus; q. d.: Facti sumus, ut damnati, qui in theatro mortuari vel cum bestis pugnantur, ab omnibus spectantur. Loquitur Paulus de spectaculo, quo apostoli velut homines damnati, ludibriis spectantium expositi videbantur.

VERS. 10. — *NOS STULTI PROPTER CHRISTUM, vos autem prudentes in Christo;* q. d.: Nos apostoli stulti sumus secundum mundum et vestro judicio: idque propter Christum, cujus Evangelii predicandi causa videamur imprudenter ac temerè nosmetipsos obji-

propter Evangelium Christi, nos irridemur, ut stulti. *VOS AUTEM PRUDENTES IN CHRISTO;* id est, vos verò in eodem Evangelio predicando sapientie et eloquentie gloriam acquisitis: pseudoapostolorum vanitatem pungit. Dùm irridemur ut stulti, vos in Ecclesià sapientiam et prudentiam nomine gloriamini.

NOS INFIRMI, imbecilles; vos fortes, seu potentes. VOS NOBILES, clari; nos obscuri et inglorii.

VERS. 11. — *USQUE IN HANC HORAM...* Hic eorum molliem percudit: hæc enim opponit dicitis v. 9 de doctorum horum satietate et abundantia. *Jam saturati,* etc. Nos ab initio nostre predicationis usque in hanc horam indigentes patimur omnia vite incommoda: famem, sitim, nuditatem, opprobria; vagi et instabiles, nullum certum locum stabilem habentes.

VERS. 12. — *LABORAMUS...* ut victum nobis comparemus.

MALEDICIMUR, SYPHONIAUM nos afficit, nos autem benè precamur. *PERSECUTIONEM...* insectantur nos, *SYPHONIAUM*, *potentem sustinemus animo.*

VERS. 13. — *BLASPHEMAMUR,* id est, conviciis afficimur. *OBSCURAMUS* Deum pro ipsis, vel obscurationem more blandè et humiliter cum eis loquimur et agimus.

TANQUAM PURGAMENTA... id est, excrementa, sordes, fæces.

PERIPSEMA, vox græca, ἀπὸ τοῦ περιπέσειν, radere; abstergere. *Peripsema,* id est, ramentum, res vilissima, quæ abjicitur, pedibus calcatur: quisquilia, ait D. Hieronymus. Quo nomine metaphorice usus est Apostolus ad significandum hominem abjectissimum, contemptissimum.

TANQUAM PURGAMENTA, Gr., περιπέσειν; purum, Ambros.

cere tot periculis et incommodis. Vos autem secundum seculum ac vestro judicio prudentes in Evangelio Christi. Ob eloquentiam et philosophiam, qua illis miscetis, et qua sic predicatis Christum, ut cautè cavetis, ne quid periculi ejus causa incurrats.

Nos infirmi, quia multa mala patimur, nec resistimus: quod est infirmitas.

Vos autem fortes, ac validi, quia vestra seculari eloquentia, sapientia, amicitia, mala et adversa quæ occurrunt faciliè avertitis. Hinc vos *nobiles,* id est, gloriosi sui clari, *nos autem ignobiles,* inglorii, inhonorati, ignominiosi.

VERS. 11. — *USQUE IN HANC HORAM ET ESURIMUS, etc.* Pro instabilibus sumus, Græcè: *Certain sedem non habemus,* incertis sedibus, erramus et vagamur.

VERS. 12. — *Et laboramus operantes manibus nostris Græcè: propriis manibus.*

Maledicimur, et benedicimus, id est, benè precamur: tantum abest ut maledicta regeramus.

Persecutionem patimur, et sustinemus, id est, patienter et æquo animo ferimus, non resistimus, nec cogitamus vindictam.

VERS. 13. — *Blasphemamur, et obscramus,* id est, conviciis affecti benignam ac molle responsum clamus; humiliter loquimur obscurationem more: quò sic vitæ cum malitia adversariorum.

Tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus. Purgamenta vocat fæces, excrementa, sordes, inquit Theophylactus et Theodoretus. Unde et Syrus vertit: Tanquam sterces mundi facti sumus, idque non semel, sed semper, usque ad hanc horam.

Omnium peripsema usque adhuc. Significatur hæc et priori parte extrema vilis et contemptus.

Gagnæ. s (Grotius) et alii volunt *επιμαχόμενος* idem significare, ac *ἀντιμαχόμενος* lastramen, seu lastramenta, piacula, seu hostias piaculares. Viles, seclési et utilitales ad id adhibebantur homines, quos quasi totius civitatis sceleribus onustos, diis sacrificabant, vel in mare projiciebant, dicentes: Esto nostrum peripsema, id est, nostra piacularis hostia. Apud Hebræos, caper missarius, de quo Levit. 16, 21, fuit tale piaculum.

VERS. 14. — *NON UT CONFUNDAM VOS...* Viva hæc apostolice vite idea cum molli Corinthiorum doctorum vitâ comparata, non hos tantum doctores pudere debet; sed et ipsorum discipulos, utpote, qui postpositis apostolis, tanta et talia pro ipsorum salute passis, tales prætuleraut magistros; et eorum sese discipulos esse gloriati fuerant, ab eisque cognominari voluerant. Hinc Apostolus, relicto doctoribus, quibus in totâ hæc Epistola nonnisi indirectè loquitur, sermonem dirigit ad fideles Corinthios, ut valens curet, quod inflixit. Non vos pudore afflicti hæc scribo: sed, etc., quod per verba fecit, id dicit se non fecisse; vel potius se fecisse quidem dicit, sed non mala mente, ait D. Chrysost. Non exprobrans; sed diligens hæc dico. Mihi, inquit, ignoscite, si quid gravius dictum est; hæc fiunt ex dilectione, idem D. Chrysost. *UT FILIOS MEOS CHARISSIMOS ADMONEO*, non ut pudeam, sed ut emendemini.

VERS. 15. — *NAM SI DECEM MILLIA PEDAGOGORUM...* ad vestros mores efformandos. Ego solus sum vester spiritualis pater, qui vos per Evangelium Christo genui; cæteri sunt vestri pedagogi, qui vos à me genitos, instruunt.

VERS. 16. — *ROGO ERGO VOS...* SYR. *ut mei similes sitis*; in Græc. et SYR. non est, *SICUT ET EGO CHRISTI*.

VERS. 17. — *IDEO MISI AD VOS TIMOTHEUM...* propterea, ut me patrem vestrum, imò Christum ipsum imitenni, et pedagogorum vitâ non contrahatis. Hæc de causâ *misi ad vos Timotheum*; qui est *FILIUS CHARISSIMUS*; et qui, in Christo predicando, ejusque Evangelio propagando, est mihi comes et coadjutor fidelissimus. Is itaque, cujus fides in iis quæ Dei sunt,

VERS. 14. — *Non ut confundam vos, hæc scribo.* Sensus: Quæ scribo de nostrâ vilitate et contemptu, deque magistrorum vestrorum honore et gloriâ, non scribo ut vos pudore affliciam.

Sed ut filios meos christianos moneo. Ut sciatis quo loco nos apostolos, et quo vestros illos magistros habere debeatis.

VERS. 15. — *Nam si decem millia pedagogorum habentis in Christo, sed non multos patres.* Unde et patris multo vehementior est in filium amor quam pedagogi.

Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui: Nam, inquit, ego pater vester sum in Christo, quippe qui vos in Christo genui, hoc est, christianos feci per Evangelium à me primo vobis annuntiatum.

VERS. 16. — *Rogo ergo vos, imitatores mei estote;* hoc autem dicit, concitus sibi sue integritatis: cum è diverso magistri illi seu pedagogi multa haberent non imitanda; sicut et ego Christi.

VERS. 17. — *Idco misi ad vos Timotheum, Græcè, propter hoc misi vobis Timotheum;* nempe ut ex eo discatis vite mee institutum, et conversationem quam imitemini.

Qui est filius meus charissimus, et fidelis in Domino,

mihî perspecta est, in memoriam vobis reduct, VIAS MEAS; id est, quomodo vivam secundum præcepta Christi, et vivendum esse doceam ubique. Tria paucis dicit his verbis. Primum, quòd nihil singulare docuerat Corinthios; sed id quod ubique docet omnes. Doctrina christiana est catholica, omnibus, ubique, semper eadem. Secundum, quòd Timotheum premitat, non ut doctorem, sed ut monitorem. Ne id ferret molestius; quia Timotheus nondum erat ætate provector. Tertium, vias suas, vias esse Christi; sive per vias intelligas conversationem, et institutum vite; sive intelligas doctrinam et prædicationem; eadem est Pauli ac Christi conversatio, eadem prædicatio.

VERS. 18. — *TANQUAM NON VENTURUS SIM...* SYR. *quasi verò ipse venturus non sim ad vos*, superbiunt quidam ex vobis.

QUIDAM, scilicet ex pedagogis, seu magistris; quos in totâ hæc Epistola nusquam nominat; ne eos irretet et insanabiles reddat, et ut modeste et tacto nomine moniti, libentius corrigerentur; sed quos in secundâ Epist., quia contumaces et falsa doctrinâ convictos, acris arguet, ut pseudoapostolos.

QUIDAM ergo sic INFLATI SUNT, ita superbo se gesserunt: quia crediderunt quòd non *sim venturus ad vos*. Tangit causam illorum elationis et insolentiam, ut eos reprimat et curet. Sicut mali discipuli absentia magistris facti sunt arrogantiores, secediores.

VERS. 19. — *VENIAM AUTEM AD VOS CITO*, etc.; promittit non prædicat; nec enim tam citò ad eos ivit; hinc secundam Epistolam post aliquod intervallum scripsit, antequam Corinthum rediret.

ET COGNOSCAM; observabo, attentè perspiciam, non eorum faciendam, sed energiam, efficaciam. Explorabo non an deserti sint, sed quam potenter operati sint illi qui sic superbiunt. Quam christianè vixerint ipsi, et quantum apud vos profecerint in vestris efformandis moribus. Loquitur enim de pedagogis, quorum munus est puerorum mores efformare. Aliqui intelligunt de virtute faciendi miracula, quanta per eos Deus operatus sit.

id est, fidelem mihi operam præstans in iis quæ ad Christum et ejus Evangelium propagandum pertinet.

Qui vos *commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Jesu*. Sensus est: Qui in memoriam vobis reduct meam conversationem, prædicationem, pericula, labores, et horum tolerantiam; denique totam vitam mee institutum, quod sequor in religione Christi; quibus cognitis habeatis quod in me, ut filii in patre, imitèmini.

Sicut ubique in omni Ecclesiâ doceo: Nihil, inquit, peculiare vobis injungo; sed illud exigio quòd *ra-sim* ab aliis, ut scilicet exempla apostolorum imitentur.

VERS. 18. — *Tanquam non venturus sim ad vos*, etc. Inflati enim sapientia secleris: parci autem nominibus, ne quasi injuriâ affecti irriterentur, et insanabiles se, cum venerit, exhiberent.

VERS. 19. — *Veniam autem ad vos cito, si Dominus voluerit*, nam, ut dicitur Prover. 16: *Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est dirigere gressus ejus.*

Et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem; non faciendam eorum qui inflati sunt, sed virtutem, id est, energiam.

VERS. 20. — *NON ENIM IS SERMO...* regnum Dei, christianismus, per quem Deus regnat in nobis: non consistit in faciendo sermone, seu in faciendâ; sed in virtute operibus exhibitâ, et præcipue in tolerantia, de quâ v. 10, 11, etc. Qui per virtutem intelligunt potentiam miracula faciendi, explicant: Non enim verbis exultis et tumidis; sed miraculis Spiritus san-

VERS. 20. — *Non enim in sermone est regnum Dei*, etc., id est, virtus, energia spiritus, et perfectio christiana, et maxime apostolica, quâ Deus regnat, et Evangelii, suæque gratiæ et spiritus efficaciam ostendit in nobis et in Ecclesiâ, non est sita in eloquentiâ, sed in potenti operatione Spiritus sancti, scilicet in efficaciâ sermonis, potestate miraculorum, expulsiõe demonum, et potius in tolerantia et vitâ apostolicâ, normam conversione et sanctimoniam. Nam S. Joannes Baptistâ nullum fecit miraculum, et tamen regnum Dei prædicare cepit in virtute sanctæ vitæ, spiritu et

cti virtute editis, stabilium est regnum Dei.

VERS. 21. — *Quid vultis...* utrum è duobus eligitis? an ut veniam ad vos cum virgâ? id est, severitate, seu cum potestate puniendi filios discipulos. An potius in spiritu dilectionis et mansuetudinis? An ut pater severus? an ut pater benignus?

efficaciâ sermonis et prædicationis.

VERS. 21. — *Quid vultis?* In virgâ veniam ad vos, Quæ me quasi patrem vestrum decet. Virgâ, inquam, id est, severitate correptionis et potestate puniendi. Ita Chrysost., Theophyl., et Anselm.

An in charitate, et spiritu mansuetudinis? id est, an vultis ut veniens ostendam erga vos amorem, et mansuetudinis seu lenitatis affectum? Quamvis enim Apostoli semper animè gererent charitatem et mansuetudinem erga fideles; non tamen eam semper ostendebant.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad proximè redigenda.

Prelati, doctores, Christi sunt ministri et economi, qui de sua oeconomicâ rationem Deo sunt reddituri.

Quia Christi sunt economi; à Christianis sunt quidem honorandi; non verò judicandi; sed domini sui judicio, relinquendi.

Quia autem Christi sunt de sua oeconomicâ rationem reddituri, student ipsi fideliter ministrare, hominumque judicia parùm curantes, Domini judicium

CAPUT V.

1. Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis, nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.

2. Et vos inflati estis; et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit!

3. Ego quidem absens corpore, presens autem spiritu, jam judicavi ut presens, eum qui sic operatus est.

4. In nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu.

5. Tradere hujusmodi Satane in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.

6. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?

7. Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymis; etenim pascha nostrum immolatus est Christus.

8. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitie, sed in azymis sinceritatis et veritatis.

9. Scripsi vobis in epistola: Ne commisceamini fornicariis.

10. Non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus; alioquin debeatris de hoc mundo exisse.

timeant, qui et abltissima manifestabit. Vide v. 1, 2, 3, 4, 5.

Versum septimum penetra, et de nullâ re vanè gloriaberis, sed de omni gloriam Deo dabis.

Apostolorum vitam, v. 9, 10, 11, 12, descriptam qui benè conceperit; hunc suæ molliis, vanæ et inutilis vitæ pigebit et pudebit.

Non in sermone est regnum Dei, v. 20. Hujus veritatis recordare tu, qui de sermone plus quam de vitâ sanctâ cogitas et curas.

CHAPITRE V.

1. C'est un bruit constant qu'il y a de l'impureté parmi vous, et une telle impureté, qu'on n'entend point dire qu'il s'en commette de semblables parmi les païens, jusque-là qu'un d'entre vous abuse de la femme de son propre père.

2. Et vous êtes encore enflés d'orgueil; et vous n'avez pas au contraire été dans les pleurs pour faire retrancher du milieu de vous celui qui a commis une action si honteuse.

3. Pour moi, étant à la vérité absent de corps, mais présent en esprit, j'ai déjà prononcé ce jugement, comme si j'étais présent;

4. Que vous et mon esprit étant assemblés au nom de notre Seigneur Jésus-Christ, celui qui est comblé de ce crime soit, par la puissance de notre Seigneur Jésus,

5. Livré à Satan pour mortifier sa chair, afin que son âme soit sauvée au jour de notre Seigneur Jésus-Christ.

6. Vous n'avez donc point sujet de vous tant glorifier. Ne savez-vous pas qu'un peu de levain aigrît toute la pâte?

7. Purifiez vous du vieux levain, afin que vous soyez une pâte toute nouvelle, comme vous êtes vraiment des pains sans levain; car notre agneau pascal, Jésus-Christ a été immolé pour nous.

8. C'est pourquoi célébrons cette fête, non avec le vieux levain, ni avec le levain de la malice et de la corruption, mais avec les pains sans levain de la sincérité et de la vérité.

9. Je vous ai écrit dans une lettre que vous n'associez point de commerce avec les fornicateurs;

10. Ce que je n'entends pas des fornicateurs de ce monde, non plus que des avarés, des ravisseurs ou des idolâtres; autrement il faudrait que vous sortissiez du monde;

11. Nunc autem scripsi vobis non commisseri, si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idollis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum ejusmodi nec cibum sumere.

12. Quid enim mihi de iis qui foris sunt, judicare? Nonne de iis qui intus sunt, vos judicatis?

13. Nam eos qui foris sunt Deus judicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

ANALYSIS.

Corinthios graviter increpat, quod hominem notorie incestuosum, in suo cœtu, taciti ferant; hincque, v. 2 novam occasionem sumit eorum fastum deprimentem.

§ 5, 4 et 5, sceleratum hunc jubet à fidelium cœtu prœscindi, ut humiliatus respiciatur.

Rursus, v. 6, insaniam eorum gloriationem redarguit.

§ 7 et 8, jubet, non hunc tantum, sed et omnes publicè facinorosos vitari à fidelibus; ut puri, et sine fer-

PARAPHRASIS.

1. Non sine causâ dixi: *Quid vultis? in virgâ...* Etenim non levi et vago rumore, sed certâ et publicâ famâ, auditur inter vos impudicitia talis, qualis nec inter gentes audiri solet: ita ut novercam suam aliquis habeat in concubina.

2. Et vos, hoc scientes, superbitis et vanis contentionibus occupamini, ubi humiliari et lugere debetis, et curare, ut de vestro cœtu prœscindatur ille facinorosus.

3. Ego à vobis absens quidem corpore, vobis autem animo et affectu præsens, decrevi, quasi de facto præsens vobis essem.

4. Decrevi, inquam, in nomine et auctoritate Domini nostri Jesu Christi, quâ fungor, ut (vobis in unum congregatis, quibus et ego spiritu præsens ero, unâ cum potestate mihi à Domino nostro Jesu Christo traditâ.)

5. Incestuosus ille per excommunicationem permittatur potestati dæmonis; ad carnis illius vexationem, ut ejus animam respiciens, salva fiat in die judicii.

6. Sanè non est bona imò mala et intempestiva est vestra de sapientiâ seculari gloriatio: scire enim debetis, quod sicut modicum fermentum totam farinæ massam, cui immiscetur, imbuat: ita hoc unus hominis scelus totam vestram Ecclesiam potest inficere.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — *OMNINO AUDITUR INTER VOS FORNICATIO...* Explicat cur dixerit in ultimo præcedentis capituli versu, *quid vultis? in virgâ veniam ad vos...* Multâ igitur cum emphasi exponit facinus, tam enorme quàm singulare, publicum tamen et certum, et nihilominus à Corinthiis toleratum; quasi diceret: Non sine causâ

VERS. 1. — *Omniño auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut quis uxorem patris sui, id est, novercam, habeat, scilicet sibi concubinam. Habere, pro eo quod est uti, in usu ha-*

11. Mais quand je vous ai écrit que vous n'essiez point de commerce avec ces sortes de personnes, j'ai entendu que si celui qui est du nombre de vos frères est fornicateur, ou avare, ou idolâtre, ou médisant, ou ivrogne, ou ravisseur du bien d'autrui, vous ne mangiez pas même avec lui.

12. Aussi pourquoi entreprendrais-je de juger ceux qui sont dehors? N'est-ce pas de ceux qui sont dans l'Eglise que vous avez droit de juger.

13. Dieu jugera ceux qui en sont dehors; mais pour vous, retranchez ce méchant du milieu de vous.

ANALYSIS.

mento nequitia, Christum, perenne pascha nostrum, comedant.

§ 9, 10, 11, explicat de quibus vitandis loquatur facinorosis, scilicet non de gentilibus, quibus plenus erat mundus, et quos vitare non possent; sed de eis qui Christo nomen dederunt.

§ 12, de paganis non judicat, sed eos tremendo Dei judicio relinquit. De cætero ipsi incestuosum hunc à se projiciunt.

PARAPHRASIS.

7. Accuratè igitur et perfectè purgate vos ab hoc, et ab omni flagitioso (seu ab omni quod vos corrumpere potest), ut nova et pura massa sitis, sicut puri et sancti esse debetis: etenim Christus, agnus noster paschalis, immolatus est.

8. Festum igitur agamus epulis de more solemmibus; non cum pane fermentato veteris hominis, neque cum pane fermentato actionum malarum et nequam; sed cum moribus puris et sanitate verâ.

9. Scripsi vobis in Epistolâ, ut cum fornicariis non converseremini.

10. Id autem intelligi volo, non de paganis scortatoribus, aut oppressoribus, aut raptoribus, aut idolorum cultoribus; alioquin cogere minime potestis ex hoc mundo exire, quia talibus est plenus.

11. Sed quod scripsi vobis, ne commisceremini, intelligo de christianis: ita ut si quis christianus sit scortator, aut oppressor, aut idolorum cultor, aut conviciator, aut ebriosus, aut raptor, cum talibus non cibum quidem sumatis.

12. Quid enim ad me attinet judicare de iis, qui sunt extra Ecclesiam? nonne vos de iis, qui intra vestram sunt Ecclesiam, judicatis?

13. Cæterùm eos qui sunt extra Ecclesiam, Deus judicabit. Quod ad vos attinet, hunc incestuosum de cœtu vestro projicite.

COMMENTARIA.

dixi: *Quid vultis? in virgâ veniam ad vos.* Etenim auditur omnino, id est, non levi, vago et incerto rumore; sed constanti, certâ, et publicâ famâ. Ab omnibus jam passim auditur ex publicâ famâ, D. Chrysostomus. Nihil vulgatus, ait Photius à Gagnæo citatus.

INTER VOS, fideles scilicet, qui tanta percepistis my-

here, frequens est in sacris Literis. Notant Theodor. et Chrys., hic, hunc fornicarium fuisse insignem, potentem, et duem factionis et schismatis inter Corinthios. Quæritur, an hic fornicarius, vel potius ince-

steria, qui arcanorum fuisse participes, qui ad cœlum vocati estis. D. Chrysostomus.

FORNICATIO. Græc., *porneia*, quo nomine significatur omnis illicita conjunctio, sive scortatio sit, sive adulterium.

ET TALIS FORNICATIO, QUALIS NEC INTER GENTES, id est, qualis nec inter ethnicos, à verâ Dei notitiâ alienos, auditur; id est, vix auditur, non sine horrore auditur, non solet audiri. Græc. et Syr. addunt, nominatur: sed meliùs cum interprete nostro subaudies, auditur, ut jam explicatum est.

ITA UT UXOREM PATRIS SUI, id est, novercam. Non dixit tamen novercam, sed uxorem patris sui, ut eò acrius feriat, dum patris meminit, ait Theophylactus post D. Chrysostomum.

HABEAT, nimirum in concubina, non in conjugio: etenim ne gentiles quidem id ferrent. Ex secunde Cor., cap. 7, v. 12, ubi dicitur: *Nec propter eum qui passus est injuriam, communitur colligiur quod pater ille viveret adhuc, sique incestus erat et adulterium.* Tanta fuit, etiam in primis sanctimonia seculis, humana fragilitas! Inter Christi discipulos, unus fuit fur et proditor; inter apostolorum discipulos, fuit unus incestuosus et adulter; hinc collige quòd nec tempus, nec locus, nec societas non eximiat à fragilitate: semper et ubique tentandum, vigilandum, orandum: *Et ne nos inducas in tentationem.*

VERS. 2. — *ET VOS INFLATI ESTIS...* Et vos, à Corinthiis, hoc scientes, tantæque turpitudinis apud vos commissæ conscii, nihilominus superbitis, et præ superbâ vanis contentionibus occupamini. Ea magistros hic et discipulos alloquitur, et ob unius publicum crimen, pudore suffundit omnes.

ET NON MAGIS LUCTUM HABUISTIS. Græc., *luctistis*, id est, cum potius humiliari et lugere debuissetis; humiliati, et lugentes curare, ut de vestro cœtu prœscinderetur ille facinorosus. Hinc discite quòd unius crimen, si publicum fuerit et scandalosum, publicas omnium exigit lacrymas, quia noxa est publica: communem omnium postulat sollicitudinem, ut procul pellatur; quia pestis est publica. Conveniebat ut oraretis et ploraretis, tanquam super morbo et peste, ut tolleretur è vobis, cœu publica noxa. Theophyl.

stuosus, uxorem patris viventis, an mortui acceperit? Respondent aliqui, mortui; sed videtur potius viventis patris fuisse uxor: hæc enim propriè dicitur uxor patris. Et quia, v. 12, c. 7, Epist. 2, ait: *Hæc scripsi non propter eum qui fecit injuriam, nec eum qui passus est, scilicet pater.* Ergo vivebat adhuc pater. Ita Anselmus et alii.

VERS. 2. — *Et vos inflati estis, q. d.:* Et vos interim in vestris superbis contentionibus occupamini, et negligitis correctionem hujus incestus, nec curatis ut reus tollatur, id est, expellatur, è cœtu vestro, et excommunicetur. Ita Chrys., Theophyl.

ET NON MAGIS LUCTUM HABUISTIS (et non luctistis potius), ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.

VERS. 3. — *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu.* Porro spiritu presentem se dicit, hoc est, animo, affectu, sollicitudine. Nonnulli presentem spiritu interpretantur, quòd per spiritum nosset

VERS. 3. — *Ego quidem absens...* Postquam unius enorme facinus exposuit, et omnibus illud exprobravit, eorum negligentiam supplet, et remedium prescribit et incestuosum profuturum, et toti Corinthiorum cœtu; scilicet, jubet ut excommunicetur, ne alios inficiat, et ut ipse humiliatus respiciatur.

Ego à vobis absens quidem corpore: vobis autem affectu et sollicitudine præsens, statui et decrevi, quasi de facto et corpore vobis præsens essem.

JAM JUDICAVI; id est, decrevi hujusmodi incestuosum tradere, seu ut tradatis; vel condemnari eum tradendum esse Satanæ. Uno verbo incestuosum Apostolus ipse non excommunicat, sed excommunicandum esse statuit.

VERS. 4. — *IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI...* decrevi, inquam, et statui in nomine Domini nostri Jesu Christi, id est, illius auctoritate et vice, quâ fungor. D. Chrys.: hæc verba, in nomine Domini nostri Jesu Christi; jungit cum sequentibus, congregatis vobis, etc., quia fideles in Christi nomine conveniunt. D. Thomas hæc eadem verba jungit cum præcedente, *judicari*, seu decrevi: quia non nisi, ut in Christi vicarius et minister, judicandi potestatem habebat Apostolus. Et hanc constructionem putò magis Apostoli scopo congruam; vult enim significare quòd rem tantam, non aggregatur ut persona privata; sed in personâ Christi, ut Christi vicarius et minister. Decrevi igitur, in nomine Domini nostri Jesu Christi ut, vobis in unum congregatis, quibus et ego spiritu præsens ero, unâ cum virtute et potestate à Domino nostro Jesu Christo, mihi data,

VERS. 5. — *TRADERE HUIUSMODI SATANÆ...* ut incestuosus ille tradatur Satanæ, id est, excommunicetur et per excommunicationem ejiciatur ab Ecclesiâ, regno, domo, et corpore Christi: et sic eum ignominia ejectionis, permittatur potestati dæmonis, cujus regnum est extra Ecclesiam, seu regnum Christi. In INTERITUM CARNIS, id est, ad carnis illius vexationem, seu ut corpore vexetur et maceretur à demone. Tunc excommunicatos dæmon eam visibiliter vexabat. Ut SPIRITUS SALVENS... ut ejus anima, hæc confusione et vexatione respiciens, salva fiat in die judicii.

et que apud Corinthios agebantur atque si præsens esset.

Jam judicari et præsens, hoc est, tanquam præsens, ac si præsens essem eam corpore. Jam judicavi, id est, decrevi, apud me statui, et facto licet verbis statui, judico, et impero eum excommunicari et tradi Satanæ, idque in nomine Christi, id est, auctoritate et vice Christi, quâ fungor, dum impero et judico.

Eum qui sic operatus est, id est, qui tale ac tantum facinus perpetravit.

VERS. 4, 5. — *In nomine Domini nostri Jesu Christi...* tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, ut ingritudine corporis, vulneribus, aut plagis ipsius maceretur diabolus, ut caro ejus atteratur, carnalis vigor intereat, ut ita humiliatus respiciatur. Ita Theod., Chrysost., Theophyl., Anselm.

Ut spiritus salvens sit in die Domini nostri Jesu Christi, q. d.: Ut anima et mens hæc penâ respiciens et renovata, salva sit in die judicii.

Circa excommunicationem notanda.

Ex his tribus versibus collige excommunicationis, 1^o antiquitatem: incipit ab apostolis: id est, quae antiqua est apud Ecclesiam. 2^o Ministrum: scilicet, apostolos, episcopos, etc. *Ego quidem*.... 3^o Auctoritatem principalem. *In nomine Domini nostri Jesu Christi*: id est, in nomine, auctoritate et in persona Domini nostri Jesu Christi: à quo apostolorum et episcoporum auctoritas.

Christus igitur ipse principalis est excommunicans, episcopus non nisi ut Christi vicarius, Christiane vicem et personam supplens. Et consequenter in Spiritu Christi, excommunicare debet, eodem animo ac fine, quo Christus ipse, hominum salvator, excommunicaret; nimirum, ut salvet animas. Christi, peccatorum salvatoris, vicarius est; peccatorum ergo salutem, id est, in nomine, auctoritate intendat; secedat, ut medietur; separet, ut fortius uniat; puniat in tempore, ut salvet in aeternum. Recordetur se pastorem, se patrem, se salvatorem esse. Caveat sibi ab omni dominationis animo, ab omni vindicta, vel irae affectu, et commotione; nec enim Dei potestas, Christiane auctoritas ministrorum suorum passionibus confirmabit unquam. Homo potest et debet Dei minister esse: Deus hominis iniqui minister esse nequit.

4^o Modum: *congregatis vobis*; id est, in publico coetu fidelium: ad aliorum terrorem; et *meo spiritu*, cum virtute Domini nostri Jesu Christi; episcopus quidem cum plebe sua; sed in episcopo, non in plebe, residet auctoritas Christi, seu potestas excommunicandi.

Equidem Ecclesiae corpori data est, et ad Ecclesiam bonum; sed ab ejus visibili capite exercenda, vice et in virtute Christi Domini, visibilis ejus capitis. Hinc, ait Apostolus: *vobis congregatis*, quibus et *spiritu praesens* ero, una cum virtute Domini nostri Jesu Christi, mihi data. Quasi praevideret novantes hereticos, qui doctri erant penes plebem esse potestatem excommunicandi, eosque voluerit refellere. Ego, inquit, una cum potestate Christi, vestro coetui adero, et per eum, qui meà vice vobis praestet, sententiam pronuntiabo.

5^o Formalitatem: *trahere Satanae*, id est, ejicere extra Ecclesiam, ejicere à Christi corpore, separare ab omni cum Christo unione, privare omnibus Ecclesiae Sacramentis, orationibus et suffragiis; sicque spoliatum omnibus bonis, omni auxilio et protectione destitutum, permittere diaboli potestati; sicut ovis errans et derelicta exponitur lupi: non traditur directe, sed indirecte.

6^o Effectum: *in interitum carnis*, id est, ut peccatoris hujus caro affligatur à demone, morbis, vulneribus, et plagis. Hoc miraculorum tempore, excommunicati solebant à demone vexari, etiam visibiliter, in corpore.

VERS. 6. — *Non est bona gloria vestra*, iactantia vestra, quae vos acuat de sapientia seculari, quaeque dicitur: Ego sum Pauli, ego Apolo, mala est et impetiva; cum potius oculos et animos demittere

Hoc refert Gagnæus, qui citat Theodorum. Hoc Cornel. à Lap., qui multos citat. Hoc Tyrimus, qui citat Orig., Hilari., Hieron., Ambros., August. Hoc et affirmare videtur D. Chrys., qui sic explicat, eum tradens diabolo, tanquam pedago: hoc et Theophylactus. Hoc tamen non improbabilius refutat Estius, qui vult tradi Satanae; nihil sit aliud quam excommunicari, quamquam nulla corporalis infestatio, quae fiat à demone, excommunicatione conjuncta fuerit.

7^o Finem, scilicet, animae salutem, ut vexatus et humiliatus respiciat, et in die judicii salvus fiat: puniatur ut melior fiat, attrahat gratiam et in aeternum salvetur: sicque lucrum penae majus: pena enim temporalis, lucrum est aeternum, D. Chrysostomus.

VERS. 6. — *NON EST BONA*..... Rursus versum eorum redarguit gloriationem, scilicet, ob sapientiam secularem, de qua in precedentibus capitibus dictum est. Patres tamen Graeci intelligunt hanc gloriationem Corinthiorum, ob sapientiam hujus incestuos: putant enim quod fuerit unus è primis eorum magistris, factionisque dux: hinc, inquit D. Chrys., à schismate transit Apostolus ad hunc schismatis ducem. Hoc post D. Chrysostomum asserunt Theodoretus, et Theophylactus: sed cum non appareat quod fundamentum id ab eis dicatur, et aliunde Estius multis probabilibus id rationibus refutat, priorem explicationem puto veriorum, scilicet: Non est bona iactantia vestra de seculari sapientia nec contento de magistrorum praecellentia: etenim vani et tumidi estis, ubi timidi, humiles, suffusi et tristes esse debetis.

NE SCITIS QUIA MODICUM FERMENTUM TOTAM MASSAM CORRUMPT. Graec., *ὀλίγον ζύμα*, fermentat; sed Pater Amelotte vult nostrum interpretem legisse *ζύμα*, corrupti; et citat manuscripta, et auctores qui sic habent, aut legerunt: vultque à D. Paulo hic fermentum considerari, non ut fermentationis principium; sed ut alterans, et aere suo corrumpens. Ideò legendum, *corrupti*. D. tamen Hieronimus voluit *legi, fermentat*. Quidquid sit, sensus est:

NE SCITIS QUOD SICUT FERMENTUM, quantumlibet modicum, totam farinae massam, cui immiscetur, aere suo imbuat, ita hoc unius hominis infandum scelus, à vobis cognitum et toleratum, totam vestram Ecclesiam potest inficere, tum pravitate exempli, nam enim unius exemplum multos plerumque corrumpit; tum imputatione: justum quippe est ut scelus ab omnibus cognitum, et ab omnibus toleratum, omnibus impuret, et in omnibus puniatur. Intellige, si ex convenientia toleretur, non ex prudentia: seu, ut ait D. Thomas, si peccanti consentiunt, saltem non corrigendo, dum possunt corrigere.

deberetis; eò quòd tantum scelus inter vos sustinetis.

NE SCITIS QUIA MODICUM FERMENTUM TOTAM MASSAM CORRUMPT? q. d.: Hec unius fornicarii labes omnes vos

VERS. 7. — *EXPURGATE VETUS FERMENTUM*, id est, veteris hominis fermentum, seu quidquid vim habet corrumpendi mores. Omne vitium, ait D. Chrysostomus: hunc ergo flagitiosum et omnes alios intelligit; idem Chrys.

EXPURGATE; id est, accuratè et perfectè vos purgate ab omni flagitioso; seu promptè et sollicitè hunc et similes à vobis ejcete.

UT SITIS NOVA CONSPERSIO, Graec., *nova massa*, id est, nova et pura massa ex farina et aqua, quae barbarè pasta dicitur, et quae nullo fermento sit infecta, seu ut sitis puri, sancti.

SICUT ESTIS AZYMI; id est, sicut estis, et secundum vestram professionem debetis esse, sine ullo peccatorum fermento: puri et sancti. Panes azymi, sunt panes sine fermento: homines azymi sunt homines sine peccati fermento, sine morum corruptione; homines qui sibi cavent ab omni morum corruptela. Tales autem sunt et esse debent christiani, per Baptismum ab omni peccato mundati et sanctificati, toti vite tempore, ab omni peccato debent esse puri.

ETENIM PASCHA NOSTRUM IMMOLATUS EST CHRISTUS. Coeptam prosequitur allegoriam, quia ergo meminit azymorum, et in Pascha Judaei comedebant azymos, hinc rationem reddens cur dixerit nos debere esse azymos, seu puros, subiungit: Etenim Christus, noster agnus paschalis, immolatus est. Quasi diceret, perenne celebramus Pascha; Christus, Agnus Dei, nosterque paschalis agnus, jam immolatus est, et in perpetuum immolatus. Sicut ergo Judaei Pascha celebrantes abstinebant à fermento: ita nos, in quibus complete sunt figure, continuum Pascha celebrantes, continè debemus à delictorum fermento abstinere; semper debemus esse azymi, puri et sancti.

VERS. 8. — *ITAEQUE EPULEMUR*; Graec. et Syr., *festum agamus*. Noster interpres dixit *epulemur*, quia in signum laetitiae, epulis sollempnibus festum agebatur. A festo, dicitur *festum*.

ITAEQUE EPULEMUR; id est, festum agamus epulis de more sollempnibus. Explicat de quibus epulis loquitur.

NON IN FERMENTO VETERI; id est, non in pane fermentato veteris hominis, seu veteris vite peccatis infecto.

NEQUE IN FERMENTO MALITIE ET NEQUITIE, id est, neque in pane fermentato actionum malarum et nequam, id est, actionibus malis et nequam.

quasi fermentum pervadit et aspergit.

VERS. 7. — *Expurgate vetus fermentum*; putidum istum fornicarium e coetu vestro, ne eum totum quasi fermentum inficiat, ejcete. Nonnulli *fermentum vetus* generaliter interpretantur peccati veteritatem seu prioris vite corruptionem, ut haec sit generalis exhortatio ad vitae puritatem.

Ut sitis nova conspersio, id est, nova massa, hoc est, ut sit vestra Ecclesia nova et pura.

Sicut estis azymi, id est, infermentati, sinceri et puri à fermento peccati. Esse debetis azymi, puri scilicet et sancti.

Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Nota etenim, q. d.: Jure exigo ut sitis azymi et puri, quia

SED IN AZYMIS SINCERITATIS, id est, moribus puris, seu omnem horrentes impuritatem, ET VERITATIS, id est, sanctitatem verà, omnem fugientes simulationem et hypocrisis. Permansit in metaphora et ostendit quidam fermentum, quod azymum vo.averit. Theodoret.

Pro majori supra dictorum intelligentià, notandum quòd Pascha sumitur aliquando pro festo paschali; aliquando pro agno, seu victimà paschali; aliquando pro epulo paschali, seu comestione agni paschalis. Illic autem sumitur pro agno paschali, sed mysticè intellecto. Explico: Agnus paschalis, sive ille, cujus sanguine suis postibus illito, Israelitae liberati sunt ab angelo Aegyptiorum primogenita percenente, de quo Exodi 12, v. 5, etc., sive ille, quem quotannis immolabant Judaei in tantis beneficii memoriam, de quo Ipsi, v. 27; ille, inquam, agnus paschalis figura fuit innocentis Christi, qui dicitur Agnus Dei, qui venit in mundum pro nobis immolari, et nos per suum sanguinem ab aeterna morte liberare. Sicut agni paschalis sanguine postibus illito, Judaei liberati sunt ab angelo devastatore; sic per Christi sanguinem cordibus nostris asperum, per fidem et per sacramenta, ab aeterna morte liberamur. Agnus quotannis in Pascha immolandus, debebat esse sine macula: Christus fuit semper sine peccato, semper purus et innocens. Agnus ille paschalis debebat die 14 luxu immolari; Christus hanc ipsa die fuit mactatus. Pater ergo à sensu allegorico argumentans, ait: Pascha nostrum, Christus verus agnus paschalis, veraque paschalis victima, immolatus est, nos morte sua liberavit ab angelo devastante et à diaboli servituti jugo, et ergo sicut Judaei, ubi figuralis agnus erat immolatus, abstinebant à fermento; sic et nos, immolatus Christo, vero Dei Agno et nostro, à peccato abstinemus, puri et sancti sumus; epulemur spiritualiter in azymis sinceritatis et veritatis. Et quia semel, sed pro semper immolatus est Christus; perenne celebramus Pascha; tota nostra vita sit nobis unus et continuus Pascha dies, quo spiritualiter Christo, Agno Dei, pro nobis immolato, vescamur, fide, spe, charitate, morum puritate et innocentia. Et haec est mens divi Pauli: Quòd si christianus omnis, ob memoriam passionis Christi, debet esse purus, sanctus, innocens, à peccatoribus segregatus; quanto magis sacerdos christianus, ob epulum paschale, sanctissimum Eucharistiam, Agnum Dei mysticè immolatum, quem quotidie comedit; debet esse sanctus, purus, innocens, à peccatoribus

pascha agitis, in quo omnia Judaei erant azyma: sicut enim pascha typus erat Christi, ita panes azymi erant typus christianorum, et innocentie baptismalis ac vite pure et christianae.

VERS. 8. — *Itaque epulemur*, itaque festivitatem celebremus. Quia solebant festa sollempnibus epulis celebrari, in signum laetitiae. Nota, epulum et festum hoc est vel agni paschalis vel azymorum. Per Pascha hanc Christum in Eucharistia sacrificio immolatum et manducatum intelligunt S. Cyrilianus, Nazianz., Chrysost., Ambros., Hieron. et Origen. Unde S. Andreas: *Ego, ait, quotidie agnum immaculatum immolo, cujus carnem cum omni populo comederit, agnus ta,*

segregatus? Ejus vita continuum est Pascha: sit ergo spiritus purus et sanctus, laus Dei perpetua, continuum iustitiae sacrificium.

VERS. 9. — SCRIPSI VOBIS IN EPISTOLA. In hac, v. 2 et 7 hujus cap., inquit Patres Graeci; in aliâ precedenti, qua deperdita est, aiunt D. Thomas et alii. Vide Estium. Ne cum fornicariis communionem habebatis.

VERS. 10. — NON UTIQUE CUM FORNICARIIS..... Explicat de quibus loquatur, scilicet non de gentilibus, quos vitare vix possētis; quia mundus plenus est hujusmodi hominibus.

VERS. 11. — NUNC AUTEM SCRIPSI VOBIS. Sed quod scripsi, intelligi volo de christianis: ita ut si quis christianus sit fornicator, aut, etc., cum hujusmodi publicis peccatoribus omnem convictum et consuetu-

men qui sacrificatus est integer perseverat et vivit. Hinc etiam Ecclesia hunc locum Apostoli, pro epistola legit in solemnitate paschali, quia ad omnes communicare praecipit; cum in primitivâ Ecclesiâ de eodem fideles quotidie manducarent, ut hic hortatur Apostolus.

Non in fermento veteri, id est, non cum fermento veteris vite.

Neque in fermento malitiae et nequitiae. Pro nequitia alii versutiam, alii, pravitatem vertunt. Augustinus malignitatem legit. Theophylactus admonet, nequitiam aliquid pejus esse, quam sit malitia. Malus enim est, inquit, quisquis male agit; nequaquam autem qui mediat et cum dolo male agit.

Sed in azymis sinceritatis et veritatis. Significare vult Apostolus, sinceritatem ac veritatem conversationis: ut, quemadmodum adnotavit Theophylactus, vita sincera et pura opponatur malitiae: vita vera, id est, hypocritae ac dolo vacans, opponatur nequitiae.

VERS. 9. — SCRIPSI VOBIS IN EPISTOLA, etc. — Ne habentis consortium cum fornicariis. Non utique fornicariis hujus mundi, quasi dicat: Id quod scripsi, noto intelligatis universè dictum de fornicariis, ac si comprehensum velim etiam infideles, sed si is qui frater est, id est, si sit christianus, ait Ambrosius, et publice male audiat, quasi fornicator, hunc vitate.

VERS. 10. — Non utique fornicariis hujus mundi, etc.,

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

In hoc capite duo praecipue ad praxim notanda: Primum, quod non de nostris tantum peccatis, sed et de alienis, praesertim ubi publica sunt et scandalosa, dolere et lugere debemus, tanquam de morbo et peste publicâ, nos omnes comminante.

Hinc et pro aliorum peccatis orare, conteri, poenitentiam agere debemus ne et nos inficiant. Vide v. 2 et 6. Secundum, quod tota christiani vita debet esse pura, sancta; à peccatis munda, quia pascha continuum: Christus, agnus noster paschalis, immolatus est.

CAPUT VI.

1. Audet aliquis vestram habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos, et non apud sanctos?

2. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo judicant? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis?

dinem devitate. Eheu tempora nostra! Haec vita non sunt jam apud christianos minus communia, quam olim apud paganos; talibus modò plenus est mundus: quò fugiet, qui voluerit maledicos, aut impuros vitare?

VERS. 12. — QUID ENIM MIHI DE IIS QUI FORIS SUNT JUDICARE? Quasi diceret, non ad me pertinet de gentilibus judicare. Qui Christi non est, nec fuit; nec ad Ecclesiam, nec ad Ecclesiae ministros pertinet.

NONNE VOS DE IIS QUI SUNT INTRA VESTRAM ECCLESIAM JUDICATIS, ET DEBITIS, SI SCANDALA FECERINT, PENIS PUNITIS?

VERS. 13. — NAM EOS QUI FORIS SUNT DEUS JUDICABIT: non Ecclesia: eos ergo Dei iudicio relinquit. Quod ad vos spectat, AUFERTE fornicarium à vobis.

id est, qui nondum facti sunt christiani.

VERS. 11. — Nunc autem scripsi vobis non commiseri; si is qui frater nominatur, est fornicator. Nominatur, inquit, id est, iudicatur, condemnatur in iudicio de fornicatione, tanquam fornicator.

Aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum hujusmodi nec cibum sumere; consortium ejus ita vobis fugiendum esse, ut nec mensam cum eo habeatis communem.

VERS. 12. — Quid enim mihi de iis qui foris sunt judicare? Sensus Apostoli: Quid ad me atinet, ut praeter fratres nostrae curae et potestati subjectos, etiam eos judicare velim ac punire meo decreto qui sunt extra Ecclesiam, ideoque et extra meam jurisdictionem?

Nomen de iis qui intus sunt, vos iudicatis? Nam, inquit, et qui praesunt inter vos, id est, in Ecclesiâ Corinthiorum, tantum eos, qui in Ecclesiâ sunt, iudicant ac puniunt; nempe christiani christiano: videlicet agnoscentes, ad eos qui foris sunt, potestatem suam non extendi.

VERS. 13. — Nam eos qui foris sunt Deus iudicabit. Habent enim Deum iudicem, qui non relinquet impunitos; sed etiam severius in eos animadvertet.

Auferite malum ex vobis ipsis; ejectione est cetera vestro fornicarium.

Ergo sicut Iudei, ubi figuralis agnus paschalis erat immolatus, abstinebant à fermento; sic et nos, Christo vero paschali agno immolato, à peccati fermento debemus abstinere, puri et sancti vivere.

Quia ergo Christus semper immolatus; ideo et christianus debet semper epulari in azymis sinceritatis et veritatis. Tota ejus vita pascha perenne, vita pura, vita sancta.

Quòd si hoc de omni et quolibet christiano verum est: quanto magis de sacerdote, ob epulum paschale. Vide v. 8.

CHAPITRE VI.

1. Comment se trouve-t-il quelqu'un parmi vous qui, ayant un différend avec son frère, ose l'appeler en jugement devant les méchants et non pas devant les saints?

2. Ne savez-vous pas que les saints doivent un jour juger le monde? Si donc vous devez juger le monde, êtes vous indignes de juger des moindres choses?

3. Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis secularia?

4. Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesiâ, illos constituite ad iudicandum.

5. Ad verecundiam vestram dico: Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum?

6. Sed frater cum fratre iudicio contendit: et hoc apud infideles!

7. Jam quidem omninò delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?

8. Sed vos injuriam facitis, et fraudatis; et hoc fratribus.

9. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri,

10. Neque molles, neque masculorum concubitatores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.

11. Et haec quidam fuitis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri.

12. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.

13. Esca ventri, et venter escis: Deus autem et hunc et has destruit: corpus autem non fornicationi, sed Domino, et Dominus corpori.

14. Deus verò et Dominum suscitavit: et nos suscitabit per virtutem suam.

15. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.

16. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne unâ.

17. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est.

18. Fugite fornicationem: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.

19. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, et non estis vestri?

20. Empti enim estis pretio magno. Glorificate et portate Deum in corpore vestro.

In hoc cap. de duobus agit; lites damnat, et impudicitiam insectatur.

Quod spectat ad lites; primò factam exponit, non sine indignatione; deinde damnat illud ex quâcumque parte consideratum; ex parte iudicam, in primis versibus; ex parte litigantium, v. 6; ex parte litis ipsius, quòd peccatum est, v. 7, tum in laeso, qui non tulit injuriam; tum in laedente, qui fecit injuriam.

Ut hunc corrigat, et ad poenitentiam adducat; monet injustos regnum Dei non hereditaturos; hincque sumit

3. Ne savez-vous pas que nous serons juges des anges mêmes? combien plus devons-nous l'être de ce qui ne regarde que la vie présente?

4. Si donc vous avez des différends touchant les choses de cette vie, prenez pour juges les moindres personnes de l'Eglise.

5. Le vous le dis pour vous en faire confusion: est-il possible qu'il ne se trouve point parmi vous un seul homme sage qui puisse être juge entre ses frères?

6. Mais on voit un frère plaider contre son frère; et encore devant des infidèles!

7. C'est déjà certainement un péché parmi vous, de ce que vous avez des procès les uns contre les autres. Pourquoi ne souffrez-vous pas plutôt qu'on vous fasse tort? Pourquoi ne souffrez-vous pas plutôt qu'on vous trompe?

8. Mais c'est vous-mêmes qui faites le tort; c'est vous qui trompez, et cela à l'égard de vos propres frères.

9. Ne savez-vous pas que les injustes ne seront point héritiers du royaume de Dieu? et vous y trompez pas: ni les fornicateurs, ni les Idolâtres, ni les adultères;

10. Ni les impudiques, ni les abominables, ni les voleurs, ni les avares, ni les ivrognes, ni les médians, ni les ravisseurs du bien d'autrui, ne seront héritiers du royaume de Dieu.

11. C'est ce que quelques-uns de vous ont été autrefois; mais vous avez été lavés, vous avez été sanctifiés, vous avez été justifiés au nom de notre Seigneur Jésus-Christ, et par l'Esprit de notre Dieu.

12. Tout n'est permis, mais tout n'est pas avantageux; tout n'est permis, mais je ne me rendrai esclave de qui ce soit.

13. Les viandes sont pour le ventre, et le ventre est pour les viandes; mais un jour Dieu détruira l'un et l'autre. Le corps n'est point fait pour la fornication, mais pour le Seigneur; et le Seigneur est pour le corps.

14. Mais comme Dieu a ressuscité le Seigneur, il nous ressuscitera de même par sa puissance.

15. Ne savez-vous pas que vos corps sont les membres de Jésus-Christ? Arracherai-je donc à Jésus-Christ ses propres membres, pour les faire devenir les membres d'une prostituée? À Dieu ne plaise.

16. Ne savez-vous pas que celui qui se joint à une prostituée devient un même corps avec elle? car ceux qui étaient deux ne sont plus qu'une chair, dit l'Écriture.

17. Mais celui qui demeure attaché au Seigneur, est un même esprit avec lui.

18. Fuyez donc la fornication: quelque autre péché que l'homme commette, il est hors du corps; mais celui qui commet la fornication pèche contre son propre corps.

19. Ne savez-vous pas que votre corps est le temple du Saint-Esprit qui réside en vous, et qui vous a été donné de Dieu? et que vous n'êtes plus à vous-mêmes.

20. Car vous avez été rachetés d'un grand prix; glorifiez donc Dieu, et portez-le dans votre corps.

ANALYSIS.

occasionem àlia multa enumerandi enormia peccata, à Dei regno excludentia, v. 9, 10, 11, idque ideo facit, quia Corinthiorum multi tales aliquando fuerant.

§ 12. Dupliciter occurrit objectioni, quae in supra dicta de libris fieri potest. Denique, v. 13, duas breviter offert rationes alias, ob quas christiano non expedit litigare.

In eodem v. 15, sensim sine sensu transit ad fornicationem, apud paganos habitam pro re indifferenti: sed apud christianos horrendum esse sacrilegium; quia